



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XIX. Ablaßbrief des Bischofes von Augsburg, vom Jahre 1285.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

tronorum ecclesie et precipuis festiuitatibus ordinis, accefferint, XL dies et karenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, ita tamen si venerabilis domini dyocesani episcopi consensus accefferit et voluntas. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXV<sup>o</sup>.

XIX. Ablassbrief des Bischofes von Augsburg, vom Jahre 1285.

Nos, dei gracia auguftane ecclesie Episcopus, Vniuersis Crifti fidelibus Salutem et veram in domino karitatem. Quoniam, ut ait apoftolus, omnes stabimus ante tribunal Crifti, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire ac eternorum intuitu feminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Nos itaque volentes fidelibus populis, sicut ex debito pontificalis officii tenemur, ad optinenda regni celestis premia suffragari, quod tunc certissime fieri creditur, cum per gratiam diuinam indulgenciam consecuti fuerint delictorum, omnibus Criftifidelibus, qui monasterio sanctimonialium in Arnesse manum porrexerint adiutricem, vel ex deuotione ad ipsum locum in festis subscriptis, videlicet dedicacionis et patronorum ecclesie et precipuis festiuitatibus ordinis accefferint, XL dies et karenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, Ita tamen si venerabilis domini dyocesani episcopi consensus accefferit et voluntas. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXXV<sup>o</sup>.

XX. Ablassbrief des Bischofes Heinrich von Havelberg.

Heiricus [sic], dei gracia Havelbergensis episcopus, Vniuersis in Crifto fidelibus presentes litteras auditoris Salutem in domino. Si ad ecclesias et loca deo dicata benigne dirigimus aciem mentis nostre et eorum profectibus intendimus diligenter, Nedum exinde retribucionis merita, sed eciam laudis preconia consequimur temporalis. Hinc est, quod nos omnibus Crifti fidelibus vere confessis et contritis, qui dilectis in Crifto Priorisse et Conuentui sanctimonialium monasterii in Arnesse verdenfis dyocesis ad fabricam et officinas eiusdem ac ad sustentacionem earundem, cum eis proprie non suppetant facultates, manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis dei misericordia et Beatorum apoftolorum petri et pauli confisi misericordia, quadraginta dies de iniunctis sibi penitencis misericorditer relaxamus, In festis domine nostre, scilicet Natiuitatis domini et Assumpcionis sancte marie et natiuitatis eius et in octauis eorundem, et in sollempnitatibus patronorum, scilicet sancti Johannis ewangeliste et sancti Johannis Baptiste et Apoftolorum Petri et Pauli et